HIERONYMUS
um 836/859 Seite 7r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



distantia est; ponam igitur nonnulla quae
discrepant; pro eo qđ nos diximus qui moues
sceptrū filii mei succidisti omne lignum.
Illi aū transtulerunt. interfice. contemnere.
pelle omne lignum; Rursū ubi nos diximus
qui fugerant gladio traditi sunt. et illi &
alii transtulerunt. hospites mei siue habita
tores. & ubi nos diximus plaude sup femur.
illi posuerūt percute manu. & ubi transtulimus
& hoc cum sceptrū subuesterit. illorū habet
editio tribus repulsa est; Loquitur aū ad gladiū
aū nabuchodonosor. ut ueniat contra hieru
salem & exacuatur atq; limetur. multo seni
esse caedendos. & ad ipsum apostrofam facit;
Tu es qui moues atq; subuestis sceptrū filii mei
Imperium uidelicet populi isrl. & omne lignū
succidis. uniuersā populi multitudinē; dedi
inquit istum gladium ut teneatur manu
nabuchodonosor. & sit in manu uiri robustis
simi; Unde oprophet a clama & ulula. &
mala instantia uocis lamentatione testa
re; hic gladius nulli pepercit. nec aliquē
imminentiū malorū reliquit expestem;